Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XLVII.

urn:nbn:de:bsz:31-160375

Visual Library

tico licitum eſt bella gerere contra *Manichæos, Anabaptiſtas, Photinianos, Weigelianos & cumprimis Leonem Papam*, hoc locô Apoſtoli abitentem. Sic enim ille Epiſtola ad Ruſticum 90. col. 92. de pænitentia diſt. 5. C. 3. *Contrarium*, inqvit, *eſt omninò Eccleſiaſticis regulis poſt pænitentiæ actionem redire ad militiam ſecularem, qvum Apoſtolus dicat: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus. Unde non eſt liberâ aqveis Diaboli, qvi ſe militiæ mundanæ voluerit implicare.*

ORACULUM SACRUM XLVII.

Matth. XVIII, 3. 4.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ςραφῆτε καὶ γένεσθε ὡς τὰ παιδία, ȣ̓ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν ȣ̓ρανῶν. Ὅςις ȣ̓̃ν ταπεινώσει ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τȣ̃το, ȣ̓̃τός ἐςιν ὁ μείζων ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν ȣ̓ρανῶν.

Verſio Vulgata.

Amen dico vobis, niſi converſi fueritis & efficamini ſicut parvuli non intrabitis in regnum cœlorum. Qvicunqve ergò

ergo humiliaverit ſe ſicut puerulus iſte, hic eſt major in regno cœlorum.

Verſio B. LUTHERI.

Warlich ich ſage euch/ es ſey denn daß ihr euch umbkehret/ und werdet wie die Kinder/ ſo werdet ihr nicht in das Himmelreich kommen. Wer nun ſich ſelbſt erniedriget/ wie dieſes Kind/ der iſt der gröſſeſte im Himmelreich.

NOTÆ.

1. Chriſtus h. l. Diſcipulis commendat humilitatem exemplo pueri, qvi in medio ſtabat, non tamen eam conſtituit cauſam ingreſſus regni cœlorum. Neq; enim noſtra humilitas, qvam jam ante debemus & qvæ multis modis eſt imperfecta, & contaminata, nos ſalvat, ſed profundisſima exinanitio & humilitas Salvatoris noſtri, qvi ſe exinanivit factus patri obediens usq; ad mortem Phil. II, 8. *contra Pontificios.*

2. Deinde notatu digna eſt collectio qvæ ex h. l. fluit talis:

Qvodcunq; Chriſtus diſertè prohibet id Petro neqvaqvam eſt tribuendum.

Sed

Sed Chriſtus h. l. diſertè prohibet Monarchicum inter Apoſtolos dominatum.

E. Monarchicus dominatus Petro neqvaqvam eſt tribuendus *contra eosdem primatum & dominationem Papæ ſupra univerſam Chriſti Eccleſiam, item ſupra Imperatorem, Reges Principes & omnes mundi Monarchas extollentes.*

3. Heic maximus in regno cœlorum dicitur ille, qvi illud ingreditur: minimus vero vocatur qvi ejus poſſeſſione excidit Matth. V, 19. Nam in his locis comparatio inſtituitur, qvæ oppoſitivè eſt intelligenda. Vid. B. Glaſſ. Phil. ſacr. III. tract. V. can. XXI. p. 485.

PATRUM SENTENTIA
de προεδρίᾳ καὶ πρωτείᾳ in Eccleſia.

Eccleſiaſticus officium impleat, qvod ſpopondit in Dei rebus ſolicitus, à ſecularibus autem negotiis alienus. Non enim convenit unum duplicem habere profeſſionem, *graviter monet B. Ambroſius T. 4. 1005. B.*

Forma Apoſtolica, hoc eſt dominatio interdicitur, indicitur miniſtratio, & qvod Petrus non habuit, dare non potuit, ſed dedit ſucceſſoribus qvod habebat ſolicitudinem Eccleſiarum, *Bernhardus lib. 2. de conſiderat. ad Eugen. col. 1021. B.*

Unicum & ſolum CAPUT Eccleſiæ eſt Chriſtus JEſus, *Baſilius in Aſceticis.*

Was wilſtu/ Vater Pabſt! um den Primat
viel zancken/
Las fahren allen Zanck/ und bleib in deinen
Schrancken;
Der Welt-HErr in der Hand ein
weltlich Scepter führt/
Das zwier-geſchärffte Schwerdt zu
führen dir gebührt.

Ex verſ. 29.

Cum cruce diſcipulus dat Chriſtus cælica regna,
Hæc etenim dederat cum cruce regna Pater.

ORACULUM SACRUM XLVIII.

Rom. VIII, 17. 18.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι κληρονόμοι μὲν θεοῦ, συγκληρονόμοι δὲ χριστοῦ, εἴπερ συμπάσχομεν, ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν. Λογίζομαι γὰρ ὅτι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

Verſio vulgata Latina.

Si autem filii & heredes, heredes qui-